

nibus novis, etiam casus, de quib, ita ante ius erat, comprehendendi solent, minimè verò in patre ius novū ibi constitui, quasi ipsius heres SUIUS ad posteros solos descendentes transmittere posset, ita enim fieret correctio Juris Veteris, quæ non solet præsumi nec concedi, nisi apertè ea apparet, L. præcipimus C. de appell. Objicit quidem & hoc Vasquius, quod scilicet multis modis possit tolli SVitas, quos ibi recenset, atq; ita heredem non posse transmittere hereditatem paternam jure SVItatis, ideoq; opus esse, ut dicamus, ipsum jure sanguinis Transmittere posse. Verum reponi potest, primum ab ipso præsupponi verum, quod adhuc est in controversia. Illis enim modis allegatis finiri SVItatem dubito imo nego. Deinde posito sed non concessō, nihil tamen exinde concludi posse videtur. Nam heres SVItate destitutus non amplius est heres SVVS, ideoq; quando transmittit, non transmittit ut SVVS, sed ut heres sanguinis. Nostra autem questio concepta est de herede, qui non modo fuit SVVS sed & adhuc est.

30. Ex his jam dictis simul adparet, subjectum Transmissionis, quæ fit jure sanguinis, passivum esse solos posteros descendentes, non vero extraneos in specie ita dictos. Nam licet isti descendentes posteri habitā ~~ex~~ ad heredes SVOS videantur esse extranei §. 3. I. de hered. qualit. & diff. attamen quoad Transmissionem hanc habentur pro SVIS & opponuntur Extraneis. Non sunt revera SVI heredes, sed secundum quid, & quoad effectum transmittendi ius SVORVM acceperunt, d. l. un. C. de his qui ante apert. Tab. Ex ratione ergo sanguinis non potest transmitti ad agnatos cognatos, vel consanguineos collaterales, imo nec ad ascendentēs, quia Transmissionē hanc seu ius in d. l. constitutum non est mutuum, ut ita loquar, ita scilicet ut hereditas etiam in parentes transmittatur. Etenim ejusmodi Constitutiones nō ad casus præsertim diversos porrigi nec debent, nec possunt. Ut in verba paucissima conferam ad Transmissionem, quæ fit virtute sanguinis, requiritur, ut successio primordialis fiat ascendentī, & transmittens cum Transmissario sit ex descendantibus.

31. Subjectum deniq; Transmissionis, quæ fit beneficio Juris delibrandi, & activum & passivū, sunt quicunq; heredes, tam SVI, quam extranei. L. 19. C. de jur. delib. modō noverint hereditatē sibi esse delatā, & Transmittentes intra annū delibandi mortui fuerint. Vide omnino Magn. & Ampl. Dn. D. Val. Riem. P. P. eminentiſ. Patronē, Promot. & Præceptorē meū omnimodo honoris cultu devenerādū, Illust. qq. decad. 6 q. 9.